



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Lvcae Pinelli, Societatis Iesv Meditationes De
Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, Et præparatione ad
sacram communionem**

Pinelli, Luca

Coloniæ Agrippinæ, 1603

Historia De Maria Qvando vidit Christum resuscitatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59560)

3. Considera, quanto dolore affecta sit **MARIA**, cum sacrum hunc thesaurum tradere debuit ad sepulturam: quantisque cum gemitibus & suspirijs à sepulcro a-
nnulla sit:

DOCUMENTA.

1. *Fili, disce à MARIA, quemadmodum gerere te debeas in morte tuorum carorum ac primum cogita, Deum cum sit benignus Pater, quicquid facit, aut permittit, facere ad salutem nostram, ut mentem ab amore creaturarum abstrahamus.*

2. *Hinc sequitur, nec conquerendi, ullam causam tibi esse, vel de deo, vel de creaturis, vel de sorte tua.*

3. *Nec sinas animum tuum magnitudine doloris traduci ad leue aliquod, vel indecorum opus designandum, obiecta semper ob oculos **B. MARIAE** modestia & gravitate.*

HISTORIA DE MARIA QUANDO VIDIT CHRISTUM RESUSCITATUM.

QUEM in locum **MARIA** se receperit, post Christi sepulturam, & ubi post resurrectionem **CHRISTUS** illi apparuerit, incertum est. Nicephorus tamen asserit, eam veritatem in domo Ioannis vicina monti Sion in vrbe Hierusalē: quod

ali. 2. Eccl.
hif. c. 2.

MEDITATIONES. 267.

est admodum verisimile. toto enim corpore MARIA oblanguerat tum ob conzienstem planctum, quia totum diem sine cibo transegerat. Quare probabile non est illam Hierosolyma excessisse, sed à Ioanne, cui paulo antè fuerat commenda de cruce ab ipso Christo, in domum suam abductam Vbi & filium suum expectavit, minimè dubitans eum tertia die resurrecturum. Quicquid sit, id certum est, & S. Patres b affirmant, MARIAM primam fuisse, cui apparuerit Redemptor resuscitatus. Atque vt scribit Eusebius, e prima fuit quæ IESVM gloriosum a Iorauit. Atque hoc congruens erat à tali filio erga talem matrem fieri, non modò, quia legem tulerat de honorandis parentibus, sed etiam quia dolore passionis & morte IESV prius & acerbis cor Mariæ, quàm aliorum perculebat; vnde & merebatur prius & plus alijs resurrectionis visione frui.

b Aug. l. de S. Virg. c. 9. Rupert. l. 7. de deu. offic. c. 25. Anst. de excels. Virg. c. 6. c. cons. ber. libel. Actij. Can. de B. Mar. l. 3. c. 1.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. Contemplare, quomodo MARIÆ intra cubiculum per dolores quasi sepultæ subitò apparuerit IESVS resuscitatus, totus gloria refulgens, angelorum, Sanctorumq; Patrum è limbo turba stipatus. Et cogita quatum gaudium

dium D. Virgo ex tam gloriosa apparitione acceperit.

2. Contemplare, quomodo MARIA cernens IESVM tam gloriosum, cum adoravit tanquam suum DEVM & amplexa sit tamquam suum filium, sapius ex osculans sacras cicatrices vulnerum, quae in corpore eius instar gemmarum relucebant.

3. Contemplare, quomodo MARIA ei gratias egerit ob hanc tam insignem visitationem, simulque rogarit, ut gloriosam resurrectionem suam alijs quoque pijs, ac imprimis Apostolis, manifestaret.

DOCUMENTA.

1. Fili, si nihil velis pati propter CHRISTVM, non visitaberis quoque, nec solaberis à Christo.

2. Disce à MARIA non extollere te in prosperis, sed bonorum omnium auctori gratias agere, & cultum debitum praestare.

3. Disce item à MARIA, caritate flagrare erga proximum, optando & precorando illis veram in afflictionibus & tribulationibus consolationem.

HISTORIA DE MARIA POST Ascensionem CHRISTI.

MARIA iuxta communem Doctorum opinionem quindecim annis post